

Johannes Bocer

**EPICEDION || IN OBITVM OR=||natißimi uiri, prudentia, eruditione, et || uirtute  
praestantis, D. LAVRENTII || SMEDES, Senatoris inclytæ || Vrbis Rostochij.||  
IOANNE BOCERO || AVTORE.||**

Rostock: Dietz, Ludwig, 1556

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896233553>

Druck Freier  Zugang



Boerius

Suedes

1556.

MK

14874



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn896233553/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn896233553/phys_0001)



MK - 14874









EPICEDION  
IN OBITVM OR-  
natissimi uiri, prudentia, eruditione, &  
uirtute præstantis, D. LAVRENTII  
S MEDES, Senatoris inclytæ  
*Vrbis Rostochij.*

IOANNE BOCERO  
AVTORE.

ROSTOCHII.  
EX OFFICINA LVDOLPHI  
CIDITII.

M. D. LVI.

*David Chytrius M. Schomko  
dono mss*

EPICEDION

IN OBITVM OR

natissimae prudentiae eruditissimae

virum praestantissimum D. LAURENTII

et medicum Germaniae

et Rostochii



IOHANNES



ROSTOCHII

EX OFFICINA LADOVIC

CI DITH.

M. D. LVI

LA 7684



ΘΡΗΝΟΣ  
DE MORTE CLA-  
SISSIMI VIRI, SAPIEN-  
TIA, ET VIRTUTE PRAE-  
STANTIS D. LAVRENTII  
SMEDES, SENATORIS  
ROSTOCHIENSIS.

**H**AS etiam lachrymas supremū in funere munus  
Et mihi da mœstos Calliopæa modos.

Causa grauis luctus, magni nec inane doloris  
In gelida corpus contumulatur humo.

Ergo iaces nostri candor LAURENTIVS cui  
Et decus Aonij præsidiumq; chori.

Nec tua te pietas, nec te præstantia, nec te  
Defendit nullo fracta labore fides:

Non minus, heu quantum diræ potuere Sorores,  
Es cinis, & rigidi flebilis umbra rogi.

Ergo quid incusem? seu quæ preceper impia uobis?  
Fata nimis doctis semper acerba uiris.

A 2      Si



Si scire lubet, nostrumq; haurire cruorem,  
Tollite sacrilegos in genus omne uiros.  
Parcere cum fas sit, uos saltem parcite iustis,  
Tollere praeclaros gloria nulla uiros.

Occidit, Aonidum praeclarus in Vrbe, Senator,  
Vernouius gelidas hic ubi uoluit aquas.  
Equis es Aonidum cultor, qui plebe relicta,  
Fata gemis tanti perniosa uiri?  
Equis es utilitas patrie quem commouet Urbis,  
Qui cuperes Pyllos hunc superasse dies?

Constat, & Aonides solito candore fatentur,  
Quam fuerit doctis portus & aura uiris.  
Dumq; liquet tristes hac tempestate Camenas,  
Plus aequa toties conditione premi,  
Quicquid nauigeras patrentur ad equoris undas,  
Hic ubi Rostochij menia celsa iacent,  
Solus hic auxilio, de mille fidelior unus,  
Sustulit, oppressis subsidioq; fuit.

At quam ciuiles tractauit idoneus usus,  
Quamq; fuit mentis dextericite potens,

Oba

Obruta testatur tristi Respub. clade,  
Facta miror rapti nuper honore uiri,  
Scilicet innumeras illi Saturnia dotes,  
In castigato pectore Iuno tulit.  
Addidit his robur Pallas, grauitate politum  
(Digna uiro grauitas) iudiciumq; dedit.  
Illius hinc uirtus, & rebus candor agendis,  
Urbi praeclarum promeruerunt decus.  
Eius nec uero semota modestia calle,  
Omnibus officij munere grata fuit.  
Confidensq; sui, turpi nec pectora furo  
Tectus, & in nulla seditione comes.  
Singula quid referam? fugit scelus, optima suscit,  
Et ueræ custos Religionis erat.

At tu Pontuagis semper dilecta Deabus,  
Urbs & Picrio non inimica gregi,  
Anne tuae minui sentis bona publica sortis?  
Cum tibi mors tales tollit acerba uiros.  
Occubuit quando medijs Aphricanus in annis,  
Scipiada, eternus gentis & urbis honos.  
Prodijt ille tui domitor Numidia fastus,  
Quintus & heu moesta uoce Metellus ait:

A 3      Mage



**Magnanimus** cecidit funesta Scipio morte,  
Vrbs, cecidit regni quanta columna tuū.  
**Occidit**, hec nigro lux hęc signanda lapillo,  
Ingens armorum gloria, pacis honos.  
**Dixerat**: in lachrymas tristes iuere **Quirites**,  
Bistonie ueluti cum tepuere niues.  
**Regulus** ut perijt, quam Scipio uicerat, Vrbe,  
Sic olim similis contudit ora dolor.  
**Nec minor**, ut Fabie cecidit laus maxima gentis,  
Luctificus tota mœror in Vrbe fuit.  
**Scilicet** interitus clarorum mœsta uirorum  
Sensit & immites in sua damna Deos.  
**Vidit** & illorum, lapsi non immemor æui,  
Fata secutus is plena fuisse malis.

**Tu** quoq; Rostochium diro (quod abominor) astro,  
Et fors iactura fessa premere graui.  
**Dum** quia uindictibus superum Rex ingruit iris.  
Innocuos fragili tollit ab orbe uiros.  
**Fors** quoq; preceptum non inficiare patronum,  
Quam fuerit sceptris utilis ille tuis.  
**Nam** tibi si famam, si qui tribuere fauorem,  
Hic tibi præclara dexteritate tulit.

Sive



Sive quis & proavis, & factis fertur auitis,  
 Nec simul ac morimur, credimur esse nihil.  
 Hic quoq; fabriciæ uiguit laus maxima gentis,  
 Quæq; diu patrio nota sub orbe fuit.  
 Hinc fuit insigni natus Laurentius ortu,  
 Vismaris æquoreas Vrbs ubi spectat aquas.  
 Illius hic genitor claros ætatis honores,  
 Cepit, & ingenti cultus amore fuit.  
 Urbis & impositos constanti pectore fâces,  
 Dum recte gemines bis duo lustra, tulit.  
 Temporis illius quam multa probanda peregit,  
 Consule: non Urbis fama benigna, tacet.  
 Nec rudis Aonidum. Sed cui iuuenilib: annis,  
 Tradita diuini Laurea Iuris erat.  
 At licet officijs, & multis laudibus urbem  
 Visariam stabili, demeruitq; fide,  
 Non tamen hic placidam potuit finire senectam,  
 Ossa uel in sueto condere fessa solo.  
 Sed dum scditus uesana perculit urbem,  
 Cordaq; dum rixis, disidijsq; tument:  
 Hic litis fugitans, & pacis amæna secutus  
 Otia, commotas effugit arte fâces.  
 Rostochiumq; petens canis iam proximus annis,  
 Hospes & optata ciuis in Vrbe fuit.

Hic Senior reliqui traducens tempora fatt,  
Concessos placidè sensit alire dies.

Coniunx qua multos egit feliciter annos,  
Illius & claro stemmate nata fuit.

Hanc stirps Conradi referens præconia Magni,  
Inter Vismarias sustulit alta nurus.

AGNES dote potens, & præstans moribus Agnes,  
Agnes illæse fama pudicicie:

Que dum legitimo Brandanum cepit amore,  
Prætulit huic cari pignora multa thori.

Inter quæ primæ LAVRENTIVS ardua stirpis  
Gloria, nascentis præsidiumq; domus.

Nam quamuis reliquos etiam fors candida fratres  
Iuuit, & optato iussit honore coli.

Huic tamen in primis dotes fortuna benignas,  
Et græue Pieria contulit arte, decus.

Virtutisq; apax, magnis inuitaq; curis,  
Illius & studijs mens operati fuit.

Et qua Pegasidum tum candida turba Sororum,  
Rhenicola gratas duxit in Vrbe moras.

Illustrem nitidæ Suuollam sub flore Iuuentæ,  
A maris Arctoi littore missus, adit.

Imo



Imbutusq; bonis iuuenilia pectora Musis,  
Ad patrios redijt, patre iubente, lares.

Nec mora Vernouij gelidas concessit ad undas,  
Pars quota præclare, dignaq; fama Scholæ.

Hic ubi subtilis sinuosa uolumina Iuris  
Iuris ubi geminum uoluere cepit opus:

Dumq; laborifera grauis excellentia mentis,  
Tam bene nodosis legibus apta fuit.

Protnus emeruit diuinos Iuris honores,  
Ornauitq; suum digna thiara caput.

Dum quoq; præararo pollebat acumine mentis,  
Sepeq; plus alijs ingeniosus erat:

Non tamen inuersi ludebat imagine sensus,  
Aut intricata contudit arte reos.

Nec proprio iustas diduxit ab ordine leges,  
Struxit & incautis retia nulla uiris.

Sed ueri, rectiq; tenax, defendit inermes,  
Gratus & oppressis sæpe patronus erat.

Nil fraudes, miseros hoc defendente, ualebant,  
Non nisi ui, uictus si fuit, ille fuit.

Quin etiam caras, cum Iudicis urna, Sorores,  
Aut fratrum dubia lance premebat opes.

A 5      Ada



Adfuit auxilio cunctis, aulasq; secutus,  
Sæpe patrocini dulce subiuit opus.  
Verbaq; sæpe suo coram dum principe fecit,  
Et causæ pulchros rettulit arte modos.  
Obtinuit ueram, contento Iudice, causam,  
Cepit & eloquij præmia digna sui.  
Hæc, & plura suis egit iuuenilibus annis,  
Illius & citius cognita fama fuit.

Pene sed ut genitor finitos egerat annos,  
Fessaq; cum curis uita senilis erat.  
Ergo senescenti præstet solatia patri,  
Et releuet cari tempora longa senis.  
Vtq; parentales, fatum si iusserit, umbras  
Fleret, & in structo conderet ossa solo:  
Quicquid erat reliqui tranquille claudere uite.  
Hic prope Vernouij culta fluenta, cupit.

Hic ubi coniugio lædis felicibus auctus,  
Fœcundi uidit pignora multa thori.  
Quæq; modo Dominum crudeli funere raptum  
Deflet, & in curas uix uacat egra nouas  
MARGARIS á claro descendit stemmate coniunx,  
Et merita fame nobilitate uiget:

Hic

**Huius erat genitor BERCHOLTAE nomina gentis,**  
 Qui fecit meritis splendidiora suis.  
**Prætulit & proprijs æraria publica rebus,**  
 Et minus licitas non tulit urbis opes.  
**Vtq; Deum precibus semper confessus & ore,**  
 Inq; homines meritis officiosus erat:  
**Sic etiam magno soboles excrevit honore,**  
 Et patria Dominis nupsit in Vrbe uiris  
**Primaq; BOLDVVANO præclaro Consule felix**  
 Coniuge, non proprijs degeneravit auis.  
**Ille sed heu nuper fatis quoq; raptus iniquis,**  
 Possidet æthereæ lucida regna plage.  
**Altera bis denos, octoq; fideliter annos,**  
 Quem stemus, fuerat nupta locata uiro.  
**Tertia Coniugij non inferiora secuta**  
 Vincula, præclaro nupsit & illa uiro.  
**Clarus Ioannes ANDREAE nomine gaudens,**  
 Hic etiam patrie possidet Urbis opes.  
**Proq; socijs patrijs, Salui pro iuris honore,**  
 Excubias uigili mente Senator agit.

**At tua fune ri Laurenti funera uersu,**  
**Quid iuuat & triplices sollicitare Deas?**

Name



Nam licet extinctus sis corpore, nomine uiuis,  
Et longé patrio clarus in orbe uiges.  
Te pietas superis, probitas mortalibus, alma  
Huic Vrbi carum fecerat esse fides.  
Dira nec edomatum temerare superbia peclus,  
Aut fuit occultis ausa grauare dolis.  
Nec puduit, quamuis acri comprehendere mente  
Officij potuit quælibet acta sui,  
Consuluisse alios, doctasq; audire loquelas,  
Censuræ iustas & subiisse uices.

Nostraq; tum uarias habuerunt tempora rixas,  
Christicolas sparsit multus & error oues,  
Hic non a uero se duci tramite passus,  
Afferuit ueræ Relligionis opus.  
Et mandata rudi præponens cœlica menti,  
Has statuit metas transiisse scelus.  
Scilicet ingnuum diuina modestia peclus  
Rexit, & Aonia cultus in arte fuit.

Ergo pius Musas, & Musica sacra colentes  
Sincera coluit dexteritate uiros.  
Dumq; tulit crebras sociali fœdere natas,  
Fœmineaq; parens prole beatus erat.

Illas

Illas dum uoluit tranquilla sorte tueri,  
Et castis stabiles consociare toros.  
Sæpe quidem cautè, ceu res ea postulat, egit,  
Pro natis genitor sollicitusq; fuit.  
Donec ad has nuper, Musis poscentibus, oras,  
Aonijs uenit maxima fama chori.  
Ille CHYTRAEVS erat, doctrinæ nomine clarus,  
Quiq; tenet linguæ triplicis omne decus.  
Qui Rheni uirides faustè prognatus ad undas,  
Hic ubi Gratorum rura uetusta iacent:  
Discendi cupidus uernantibus impiger annis,  
Leucoræ petijt culta Lycea scholæ;  
Vernouij gelidas illinc adscitus ad undas,  
Musica Menalio sceptrâ sub axe gerit.  
Huius ut ingenium, laus & formata bonorum  
Iudicio, tota notior Vrbe fuit.  
Altaq; Vandalicas eius doctrina per Vrbes,  
Cum fuit eximijs conspicienda uiris:  
Adderet & mores tales, quos nemo notaret,  
Mente licet Momo deteriore foret:  
Hunc natæ, reliquis qui pollent ære relictis,  
Optauit generum consociare Socer.  
Inter Vernouias & laudatissima Nymphas,  
Ore decens, prudens, casta, modesta, pia.

MAR



MARGARIS externi socialia foedera Sponsi,  
Optauit, tanta coniuge digna, sequi.  
Vnanimis quo cum tot ducat tempora lecti,  
Quot meminit Pylios fama fuisse dies.

Quanta sed heu seuas egit uestigia Parcas,  
Ante diem carum quod rapuere patrem,  
Ne foret aut generum patria qui mente foueret,  
Aut caperet tanti gaudia plena thori.  
Neue quis oppressæ subito succurreret Vrbi,  
Cum tonat ambiguo Lubrica diua gradu.  
Nunc o nigra dies Idus quæ quarta Nouembres  
Subsequeris, tristis concipe signa notæ,  
Turbidior reliquis, medium licet impiger axem  
Emensus, genitor cum moretur eras,  
Nec tu doctiloquo nitidus dicere Chytræo,  
Immensò purè seu licet igne mices,  
Concolor exequijs reputabere funeris huius.  
Exacto quoties mobilis orbe redis.

Sed quæ causa fuit? cur nunc tristissimus esses,  
Olim qui simili tempore letus eras.  
Quo quondam felix, hymenæia festa colebat,  
Margaris, huic iuueni tradita Sponsa uiro

Dum

Dum Stetit hac Sponsus, qua nunc tumultatur, in aede,  
Et tulit in flauis aurea ferta comis.  
Interea subito couuertens secula motu,  
Sol tres Autumnos, lustraq; quinq; tulit.  
Tunc hilaris, tristes quæ te iam sumere uultus,  
Ah celer in tanto funere, causa iubet;  
Me miserū, anne etiam non unquam tempora peccant?  
Et possunt tristes dissimulare uices?  
Siccine tunc hilaris? quo tristior usq; redires,  
Et fieres tanti funere nota uiri.  
Quid iuuat at rutuli finxisse nocentia solis  
Tempora, nil fatum, nil meruere dies.  
Imminet á Stygio miseris mortalibus oeco,  
Nec uenit inuito mors properata pede.  
Tollitur è uiuis, hec nostri meta laboris,  
Seriùs & citius corpore uita fugit.  
At modo qui nitidis coram LAURENTIVS astris,  
Terreno exutus carcere, tutus agit.  
Illius facili corpus requiescat in urna,  
Nec grauis incumbens urgeat ossa lapis.  
Colliget excitas dum cælica buccina gentes,  
Vt sua sint iustis præmia, pæna malis.

Obijt Anno M. D. LV.  
XVI, die Nouembris.



Dem steht die ...  
Erstlich in ...  
In der ...  
Sol ...  
T ...  
A ...  
M ...  
E ...  
S ...  
E ...  
O ...  
T ...  
I ...  
N ...  
T ...  
A ...  
T ...  
I ...  
N ...  
O ...  
C ...  
O ...  
V ...  
X ...







C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

093

4.5 5.0 5.6 6.3

U8 Rosdok

0515000

C7 B7

erni socialia for dera Sponsi  
nta coniuge digna, sequi.  
a tot ducat tempora lecti,  
init Pyllos fama fuisse dies.

Seuas egit uesania Parcas,  
carum quod rapuere patrem,  
um patria qui mente foueret,  
et tanti gaudia plena thori.  
Et subito succurreret Vrbi,  
t ambiguo Lubrica diua gradu.  
s Idus quæ quarta Nouembres  
ris, tristis concipe signa notæ,  
is, medium licet impiger axem  
genitor cum moreretur eras,  
o nitidus dicere Chytraeo,  
pure seu licet igne mices,  
is reputabere funeris huius.  
notes mobilis orbe redis.

uit ? cur nunc tristissimus eses,  
simili tempore letus eras.  
elix, hymeneia fistacolebat,  
huic iuueni tradita Sponsa uiro

Dum